



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno CCCCLII. ad annum CCCCLXXX.

**Parisiis, 1644**

Primvm. In alterius parochia, nisi eo vocante, nulli aliquid agere licet.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14918**

## DECRETA

## CÆLESTINI PAPÆ I.

QVÆ SVNT IN CORPORE DECRETORVM

GRATIANI, NEC HABENTVR IN SVPERIORIBVS  
ipſius epiſtolis vel Decretis, numero IV.

## PRIMVM.

*In alterius parochia, niſi eo vocante, nulli aliquid agere licet.*

Nullus primas, nullus metropolitanus, nullus reliquorum epiſcoporum alterius adeat ciuitatem, quæ ad eum non pertinet, & alterius epiſcopi parochiam ſuper eius diſpoſitione, niſi vocatus ab eo, cuius iuris eſſe cognoscitur, vt quidquam ibi diſponat, vel ordinet, aut iudicet, ſi ſui gradus honore potiri voluerit: ſi aliter præſumpſerit, damnabitur: & non ſolum ille, ſed & cooperatores & conſentientes ei: quia ſicut ordinatio, ita eis & iudicatio, & aliarum rerum diſpoſitio prohibetur. Nam qui ordinare non poterit, quomodo iudicabit? Nullatenus procul dubio iudicabit, aut iudicare poterit.

9. quæſt. 2.  
Nullus pri-  
mas, nullus  
metropoli-  
tanus.

## SECVDVM.

*Par pœnitentia ei indicitur, qui \* ſpiritualem filiam, & ei qui  
\* carnalem ſpiritualem ſuam violare monſtratur.*

\* carna-  
lem  
\* ſpiritu-  
alem

Si quis ſacerdos cum filia ſpirituale fornicatus fuerit, ſciat ſe graue adulterium commiſiſſe. Idcirco femina, ſi laica eſt, omnia derelinquat, & res ſuas pauperibus tradat: & conuerſa, in monaſterio Deo uſque ad mortem ſeruiat. Sacerdos autem, qui malum exemplum dedit hominibus, ab omni officio deponatur, & peregrinando duodecim annis pœniteat. Poſtea vero ad monaſterium vadat, ibique cunctis diebus vitæ ſuæ Deo ſeruiat.

2. quæſt. 1.  
Si quis ſa-  
cerdos  
cum.

## TERTIVM.

*Epiſcopi, aut preſbyteri, cum ſibi confeſſa fornicantis, pœna  
ſeu pœnitentia quæ.*

Non debet epiſcopuſ aut preſbyter commiſceri cum

30. q. 1. Non  
debet.

Sſſ iij